



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

In cœlo thesaurizandum non in terra. 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

ANTHOLOGIA. 9

Deum est, pœnitentiam in salutē
stabilem pariat. Cyprianus eos, *Serm. de*
qui persecutione grassante fidem *Laps.*
abiurauerant, ad pœnitētiam co-
hortans, eandem planē similitu- *Serm. 41*
dinem vsurpat, quàm Chryso- *de sanct.*
stomus, ac post eum etiam Augu-
stinus.

In cœlo thesaurizandum
non in terra.

8.

*Q*uis sapere hunc dicat, Cereris qui condit in imo
Munera, nec superis collocat illa locis?
Non minus insanit, sua qui non condit Olympo,
Sed credit terra, quas malè seruat, opes.
Visne igitur tua non pereant, non pabula blattis
Suppeditent, furis non metuant que manus?
Pauperibus ser opem, promptusque alimenta ministra.
Conseruabis opes hac ratione tuas.

SCHOLIA.

Quis sapere hunc dicat) Augustinus
Tract. in 48. Psal. exponens hunc
vers. Non dabit Deo placationē
suam, vt diuites ad bene de pau-
b

S A C R A

peribus merendum adducat, aut
perinde eos facere, qui in terra
thesaurizant, ut ij qui fruges suas
in imis & humidis locis recon-
dunt, non animaduertentes hinc
fore, ut quàm ocyssimè putrescât.

Quæ quidem similitudo ad infel-
icetam avarorum insaniam per-
quam apposita est. Hanc autem
hausisse videtur ex eo Evangelii

Luc. 12. loco, Thesaurizate vobis thesau-
Iac. 5. ros in cælo &c. vel ex eo Iaco-
bi, Diuitiæ vestræ putrefactæ
sunt &c.

Spiritualis querela.

9.

*Q*uidnam optem infelix? vitæ mæ, an funera? nã quæ
Plus viuis, scelerum plus mihi crescit onus.
Sed quid? si moriar, iam non delere licebit
Crimina per lacrimas, quas met ancea parit.
Quidnam igitur faciã, cum mæs ab vtraque trahat
Parte, nec, expediat quid mihi, scire queam?
Ad te confugio, supplex tibi brachia tendo: